

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. IX. Arcæ janua, & fenestra à Noëmo inserta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

suppeditat, apponit homo industriam, idque pro lucro A communi & æterno.

Deus Noëmo particulatum quid faceret, diæarat, perinde si diceret: Vir mihi unicè charus, sed etiamnum rito & discipulus es, ideo ad præscriptum singula, & prout iussero, fac. *Fecit igitur Noë omnia que præcepérat illi Deus.* Hic geminum ad incepti rationem suggestimus documentum.

I. *Deo labora.* Si tibi tuisque solùm commodis, si humani tantum oculis labores, frustra laboras, ventum 8. feminas, & turbinem metes; *culmus flans non est in eo, ger- man non facies farinam,* quod et si fecerit, alieni comedent eam. Cùm non laboratur Deo, sape maximi laboris præmium mere sunt ingratia. Merces æquissima laboribus tam vanis. Deo igitur labora, cui non solùm est dives arca, sed etiam exactissima scientia, quantum quicque laborarit, quantum promeritus sit. Labores nostras omnes præmium longissimè superabit. Ergo quidquid agas, Deo labora.

II. *Industria vinces omnia.* Certum; industria nihil inexpugnabile; perrumpit hæc omnia mille artium inventrix, in laboribus indefessa. Inficiamus, obsecro, Noëmum, cùm caput, cùm manus pedesque lasselunt, contemplemur laborem centum annorum assiduum, quām grandis hic patientia, quām insignis constantia inter tot calamitas & convicia eluxit! In mortis vicinia summo erit solatio, hanc auferre laudem: *Fecit igitur omnia que præcepérat ei Deus.* Obedientia omnia sunt familiæ. *Vir obediens loquitur victorias. Omnia sunt expugnabilia industria.*

C A P V T I X.

Arcæ janua & fenestra à Noëmo inserta.

A Ccuratissimè quidem omnia fabricandæ arca membra dictavit Deus, præcipue vero illa duo, Januam & fenestram. Nam de primo singillatum præcipiens, *Ostium autem, inquit, pones ex lateri.* Hic Noëmus, ut superiori capite demonstratum, tironem se ac discipulum gerere debuit, cui Magister ordine dictat singula, & præscribit, non solùm quid faciendum sit, sed etiam quomodo. In arcâ utique figenda fuit janua, ut ingressus ad eam patereret; utique & fenestra fuit apertienda, ne effter ex toto aut tenebris colueret, aut expers lucis sepulchrum. Quid opus hæc multis præcipere? Nihilominus præcepit ei Deus, peculiariter januâ & fenestram patefaceret in arcâ. Atque hoc ita præceptum est Noëmo, ut ne latum quidem ungues abiret a præscriptâ formulâ, non altiore, non depressiore, nec januam, nec fenestram faceret, sed nec alto loco, quām quo præceptum esset. Serius est atque severus hic Ædilis, qui non vult, ut Noëmus ædificator suus suopte ingenio aut arbitrio quidquam faciat, sed prout ipsi faciendum monstratur. Quid autem hoc ostium & fenestra ista significatus & mysterii habuerit, hoc capite dicemus.

§. I.

*O*stium habuit arca unicum, idque, quod volebat Deus, ex arcâ latere. Credibile prorsus, hoc ostium non in arca imo, sed ab uno pedes septenos & femis numerando, nempe uno ac dimidio pede altius sentinâ ita collocatum ut catenæ attrahî ac dimitti, sic ipsis versatilis, potuerit; ita ut omnia animalia veluti per pontem ascenderint. Eo modo ostium istud rectâ ad tertiam & infimam contignationem pertingebat, ita quidem, ut pecus omne ingressu primo in suas statim mansuicias & stabula deduci potuerit. Puratur hoc ostium quindecim pedes longum, septem aut octo latum fuisse, foris claudi, intus aperiri ad instar fenestræ potuisse.

Ita unica in arcam janua dabat ingressum. An unica Tom. II.

tantum fuerit fenestra, incertum. Plurimorum opinio fuerit fe-

lest, nec incelebris, plures fuisse. Cùm autem pagina di-

vina nullam ejus rei mentionem faciat, difficile est plu-

res unâ statuere. Hinc autem sciri poterit, Deum stru-

eturæ hujus fusile architectum, quando se noscendum

exhibit è stylo suo. Omnes pæne artifices certis digno-

ties cer-

noris ex ipso ædificandi modo: iste operosâ, hic gracili,

artificie

iste durabilis strukturæ; speciöse alius & ad pompam edi-

artificie

ficat: ita pictores, iste leni penicillo, duriore alter, illi noris.

volante pingit; hic è proportione ac symmetriâ, alius

noscitur coloribus; iste amœiores vultus, ille vestes,

& omnes earum plicas pingit felicius, suo quicque stylo

& pingendi modo animadvertisit: ita musici digno-

sunt, iste solam spectat artificium, sed minus probata

auribus, iste canit templis graviter & accommodatè

verbis, hic suavitatem maximè secatur; cantum alius

pingit, flexiones & ornamenta cromatica precipue qua-

rit, suis quisque modulis arguitur. Ita scribendi Latinè

ac loquendi stylus diversissimus; hic laciniæ exar, am-

pullat verbis, & sequipedales jaclatæ voces; hic verò

non longos logos, sed orationem adstrictæ factam in ufo

habet: hic piætam amat & floridam dictionem; ille vul-

gari ac flaccidâ phrasî utitur, iste erigit se & plebem

non sapit, terram alius & castigatam Latinitatem æmul-

latur; quisque suo loquendi, scribendi, cantandi, pin-

gendi, ædificandi gaudet stylo.

Primus omnium architectus ingens initio, & pæne

dixerim, infinitum struxit ædificium. *Principio creavit Gen. c. i. v. x.*

Deus calum & terram. Ampia profecto domus. Ampli-

dinem terræ difficulter capimus; immensitatem cali

quomodo capiemus? Hic quæstio sit, quâ portâ celum

ingressi sint Angeli, quâ nos? per amplissimam sanè, per

grande nihilum: *Terra autem erat inanis & vacua. Vnu ergo, Ibid. v. 2.*

Sapientia res, introitus est omnium ad vitam, & similis xi-

tus. Sed idem hic architectus magni hujus ædificii ad-

C umbrationem in homine delineavit in ædificio hoc mo-

dico magni imagine fenestellas duas, geminos locavit

oculos, sed unam dumtaxat januam, os seu lingua pon-

tem planè versatilem, modò submittendum, modò at-

trahendum, *Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Ec-*

Iac. cap. 3. vers. 10.

ce igitur hic stylus est architecti summi, plerumq; unam

tantummodò januam suis inserit ædificis, imo in suam

ipsius domum duxataq; unum unicum patefecit ostium,

Christus aperitissimè, *Ego sum ostium, inquit, nemo venit*

ad Patrem nisi per me. Hic stylus est hujus architecti, ad

maxima ædifica unicam plerumque januam pandere,

ut tanto melius custodiatur domus, quanto pauciori-

bus clauditur ostii. Multæ januæ vicit non paucis fa-

vent, hac Mercurius, hac irrumpt Venus, per alias alia

vitorum monstra subrepunt. Cùm igitur unum sit cor-

poris humani ostium, os seu lingua sollertiafissimè atten-

dendum, ne quis ingredientium aut egredientium fure-

tur & expilet domum.

An autem in arcâ plures unâ fuerint fenestrae, incer-

tum esse diximus. Non pauci opinantur, in terciâ con-

tignatione, in hominum & volucrum domicilio fuisse

plures minores, è vitro aut speculari lapide, qui periu-

de ut cornu, teste Plinio, in lanellas tenues secati potest,

ita ut per illas lux, non item aqua poterit penetrare.

Rabbini Hebraeorum è vocum origine somniarunt,

grandiorum gemmam lychitem, aut carbunculum illici-

loci, ubi homines habitarent, possum, ut eâ saltē ra-

tionē splendoris, aliiquid & luminis domicilium acci-

peret. Hoc certum, fenestram, quæ aperiri & claudi po-

tuerit in arcâ, patefaciam. Alphonſus Toſtatus existi-

mat fuisse foramen, non pellucidum, sed toto eluvio-

nis tempore clausum. Joannes Bureo, qui complura hic

bene adumbravit, fuisse unam tantum fenestram judi-

catur, eamque pellucidam in hominum usus: lumine non

egebant pecudes, quarum contignatio pæne toto nata-

bat aquis. Hanc fenestram Oleaster credit in summitate arce locatam, regum versus, quod per eam potuerit spectari. Sed numquid forsitan consultius fuisset aquarum incrementa & decrementa per fenestram prospiceret, indeque tempestivum ex arcâ egressum metiri? sed videtur Deus noluisse, ut cerneret Noëmum miserabilem hominum pecorisque intericum. Triste nimis spectaculum, cernere cum undis & morte luctantes, domos, oppida, civitates, provincias fluctibus sorberi. Miserore acerbissimo Noëmum affectasse hoc genus spectaculi. Ergo, mi Noëme, satis tibi sit te servari. Quid vis videre, unde debas dolere?

§. 11.

Hic nobilissimum speci symbolum ingeritur. Qui cumque non eventus rerum turbulent, quantumcumque adversa fœtia fortuna, undeque nos venti & feri mari, fluctus impugnant, mœores & dolores certatim nos dividant, modò unica hæc fenestella non obstruat: *In te, Domine, speravi, non confundar in eternum.*

Psal. 30. v. 1.

Iob cap. 13. v. 15. **H**ec nobilissimum speci symbolum ingeritur. Qui cumque non eventus rerum turbulent, quantumcumque adversa fœtia fortuna, undeque nos venti & feri mari, fluctus impugnant, mœores & dolores certatim nos dividant, modò unica hæc fenestella non obstruat: *In te, Domine, speravi, non confundar in eternum.*

Psal. 30. v. 1. Non semper & olim sic erit: non semper irasceretur mare, nec pernix turbines & procœlia in nos incurrit, permittamus suum & mari & ventis imperium. Deus suorum pauperum non usquequa obliscetur: ad hoc loci, & temporis, & turbationis nos deduxit: educet demum ex his fluctibus. Hanc mihi fenestram speci confirmatissimæ nemo obstruxerit, per hanc & calum, & cæli Dominum suspicio: *Etiam si occiderit me, in ipso tamen sperabo. Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.* Immutationem Jobus appellat felicem à luctu transitum ad gaudia. Expecto in dies singulos, dum morti desinam, dum ad vitam immortalis transitus à lemp. deliciis affluenter perveniam. Expecto, dum per hanc spei fenestellam calum eminus salutem. Militiam gaudia. Militia est Jobus nominat hanc mortalem vitam, militis & erumnis plenam. Quid enim vero militem in prælia protrudit, nisi spes stipendi, spes victoriae ac prædae: aliqui certè labor & rigor militaris videri posset intolerabilis. Ira probris futura spes vita continua hæc quas patimur mortes supra modum mitigat. Beatus Paulus hanc nobis fenestram aperiens. *Fortissimum, inquit, solatum habeamus, qui configimus ad tenendam propositam spem.* Itaque si modò fenestra hæc unica lucem in animum admittat, omnia tolerata facilia erunt. Videri quidem poterat Noëmica familia vita militaria, cui non cessum aliud aspicere quam calum, & quidem iratum, spes tamen certa & constans patientia hæc pertulerunt omnia. Si quem mœror & pavor dejiciat, argumento id est, hanc ei fenestram esse obstructam, spem pene omnem collapsam. In spem igitur erigatur mœstus, ut sentiat de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis querat illum.

Sap. 1. v. 1. Quinque cur Deus, obsecro, Noëmum tot ærumnis & causæ cur angoribus voluit exponere? non defüssent tot alia subdia, quibus servari posuerit. Ita sane non defüssent, sed nec defuerunt causæ, ob quas optimus Deus Noëmum pati plurima, & una laborare ad præscriptum voluit. Sed qua laborandi, ea etiam tolerandi fuerunt causæ. Sed ex iis pauculas numeremus. 1. Si rerum omnium Conditor tanta sustinere, si tam gravia pati voluit, & quidem adeo sine mensurâ ut ipsius vicem queratur Psaltes: *Omnis fluctus tuos induxit super me. In me transferunt ira tua, & terrores tui concubaverunt me. Veni in altitudinem maris, & tempestas demerit me.* Si tanta, inquam, passus Creator, quid reluctaris res creata, homuncio vilis: caliculum, quem tibi propinat Dominus, exhauri. 2. Non est obsequium gratuitum, sed planè debitum, eti plurima, eti gravissima patiamur. Agnosee ac fatere tot mille nominum obvare homö; decem millia talentorum debes, nec soluendo es; pelle igitur luas, quod non potes ære; subi carcerem, & aliquid in-

Psal. 87. v. 8 & 17. P. 68. v. 3. Cur Deus, obsecro, Noëmum tot ærumnis & causæ cur angoribus voluit exponere? non defüssent tot alia subdia, quibus servari posuerit. Ita sane non defüssent, sed nec defuerunt causæ, ob quas optimus Deus Noëmum pati plurima, & una laborare ad præscriptum voluit. Sed qua laborandi, ea etiam tolerandi fuerunt causæ. Sed ex iis pauculas numeremus. 1. Si rerum omnium Conditor tanta sustinere, si tam gravia pati voluit, & quidem adeo sine mensurâ ut ipsius vicem queratur Psaltes: *Omnis fluctus tuos induxit super me. In me transferunt ira tua, & terrores tui concubaverunt me. Veni in altitudinem maris, & tempestas demerit me.* Si tanta, inquam, passus Creator, quid reluctaris res creata, homuncio vilis: caliculum, quem tibi propinat Dominus, exhauri. 2. Non est obsequium gratuitum, sed planè debitum, eti plurima, eti gravissima patiamur. Agnosee ac fatere tot mille nominum obvare homö; decem millia talentorum debes, nec soluendo es; pelle igitur luas, quod non potes ære; subi carcerem, & aliquid in-

Secunda. Non est obsequium gratuitum, sed planè debitum, eti plurima, eti gravissima patiamur. Agnosee ac fatere tot mille nominum obvare homö; decem millia talentorum debes, nec soluendo es; pelle igitur luas, quod non potes ære; subi carcerem, & aliquid in-

A commodorum tolera, ut vel millesimam tuorum nonumin partem expungas. Et scito nihil tam grave te passurum, quin tua debita petulante contra facta fine comparatione sint graviora: obolum redditum centum millibus Philippeorum. Nec enim umquam ære alieno exires, nisi tuus pro te Servator solveret patientia inastimabili. Bernardus hæc expendens, *Agnoce, inquit, ô homo, quād gravia sint vulnera, pro quibus necesse est Domini, de Nostrum Christum vulnerari.* Aded peccati malum impunitatem habere non potest, ut caelestis Pater quod condonavit servo, vindicari vel in Filio. 3. Qui triste quid partatur, parere discat, & Deo se subditum profiteri. Ad parendi studium maximè spectat, immislas a Domino calamites non repugnat pati. Cum rusticus imponitur onerum venhendorum bajulando rūmque necessitas, velint nolint parendum est, hoc clientelæ opus recuare non possunt. Ita Deus nobis cum clementissime agens, & variis nos miseriis exercens, Ut scias, inquit, quia ego solus sum Dominus, & non est aliud præter me. Affiliatio clientelare opus est, omnes tangit, nesciunt licet se subducere, patiendum est. Sic Isaac, sic Jacob, sic Moses, & omnes qui placherunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. 4. Submissionis ac Humilitatis vel obtinenda, vel augenda jam obiecta afterimur adversie. O quantos cetera indomitos redegerunt in ordinem ærumnæ! Antiochum Epiphaneum vide: jam pene sidera tangebat, rex suâ opinione invictissimus, maris fluctibus imperare, & montium molem in lance appendere sibi visus, ignem spirans in Judeos, minabatur superbissime Hierosolymam in congeriem sepulchri à se redigendam & solo æquandam. Cum vero Deo curru excussa gravi corporis collisione affligere, cum eum ditus viscerum dolor torqueret, cum è purissimis membris etallirent vermes defluente carne, & mœror ingens animum laceraret, quād modestus, leonto quād oris placidi, quād submissus esse cœpit! Hic de nimium impius in seipsum descendere, superbias alas submittere, in suis nouitiam venire, Deum se longè potentem agnoscere. Jam denique pectora iæsus caput, jam sceleratus rex fanissimas voces erumpens, *Iustum est.* inquit, *subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo servire.* Jam & celum pollicitationibus impler, & summam Hierosolymam libertatem promittit, jam Judeos, quos inhāmatos feris objiceret decretaverat, Atheniensibus æquales se facturum, sumptus sacrificii è suo atrio præstirum; vasla sancta multiplicaturum, templum maximis donis ornaturum, in modo super hæc omnia Judæum se futurum, & omnem locum peragrandio, Dei potentiam ubique prædicaturum amplissime spondet. Quantus promissor è quanto tortore! Quomodo lupus migravit in oviculam, quomodo tigris in agryllum est mutata? Ita, mi Antioche, verbera & plaga divinitus immisit, si non plenè sapere, fakem modestè te loqui docuerunt. Est quid maximas agamus gratias calamitatibus, que submissionem ac modestiam, aliqui neglegitissimum, amare ad colere docent fabrili compendio. 5. Meritis cumulandis & augende glorie, rebus incommodis & asperis exercemur. Et beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuit, accipiet coronam vita, quam reprobatis Deus diligenteribus se. Quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem de omnem filium, quem recipit. Tobiae viro ad omnem virtutem facio dicitur: *Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut probatio probaret te.* Tobias ipse animo ad Deum eredit, simo. Hoc autem, inquit, pro certo habet omnis, qui te colit, quid vita ejus, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectari in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facit, & post lacrymationem & fletum exultationem infundit. Quid denique res afflictas & turbidas horremus? Quoniam per

Act. 6.14. per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.
vñf. 21. Sicut autem optimus Deus præscribit nobis mensuram
laborandi, sic & patiendi. Quod affirmans Psaltes, Ci-
p. 79. v. 6. habu nos, inquit, pane lacrymarum, & potum dabis nobis in
lacrymū, in mensurā.

S. III.

Sed hī iterum ad arcā januā & fenestrā duplex
documentū instillamus.

I. *Spe gaude. Notum Tibulli cārmen:*
Spes etiam validā solutur compede vīntū,

Curva sonant ferro, sed cantū inter opus.

Quis nostrū est, qui non suā ferat compedes? modō
corpori, modō animo agrē est; jam liberis, jam servi, jam
cognati, jam alii turbanti, jam fama, jam facultates, &
bona faciunt jacturam. Suis quisque compedibus vin-
citur, numquam deest quod cruciet. Sed erigamus ani-
Ad Roman. mutum, hortante Paulo, spe gaudentes, in tribulacione patientes.
1. Cor. 6. 15. v. 12. tes. O quoties aut̄ eternū, aut̄ eternarū nuntii in
merorem nō dant, & saltos oculorum imbrē excu-
siunt! Sinamus hos nimbus fluere, & interim spe gaudeamus; accedamus arca fenestrā, & inde cālūm
suspiciamus, spe vita melioris & æternæ. Cum Jobo pro
se quisque dicat: Exspecto immutationem meam cun-
ditis diebus, cun̄tis horis. Quotiescumque mērōt, aut̄
tadiū, aut̄ animi languor & dejēctio subrepit, ad arcā
fenestrā properemus, spe gaudeamus, quoniam debet
in spe, qui arat, arare.

II. *Celum crebr̄ suffice. Quām multa quotidie in ocu-*
los admittimus effēctū vatio: multa nocent, quādām
docent, hac contristant, illa exhilarant. Ex omnibus oculorū
spe & aculū, p̄stāntius non est, quām cālū
creberrimē spectatum. Iter tutissimum eō habent oculi,
quō Christus suis toties, & ingemiscens & illacrymans
præcessit. Nemo illac viam nobis obstruxerit. Omnia
possideat, non possider aetherā mērōt. Quis non intimā
voluptate gemit, cūm illam Dei lēdem, Egatorum viri-
datum & diatām aspicit?

Cū circa Natales Domini ferias crescentem habe-
mus diem, solamur nos, & de propinquante vere gaude-
mus. Hī multō magis gaudeamus: appropinquit ver-
eternū, quod nullus autumnus, hiems nulla excipiet.
Inscriptum celo: Qui vicerit, posse debet hac. Brevis est lucta,
vers. 7. audeamus & velimus vincere, jam nostra est victoria.
Celum est Celum, nostri certaminis p̄tium, quām frequentissi-
mōtū cer. mē suspiciamus, & inter omnes fortunē turbines durati-
timis decumanas etiam tempestates superare, & vel pugnan-
tibus ventis, navem ad portum, quem edidit Deus, ap-
pellere condicamus. Nemo hī nū volens naufragatur.

C A P V T X.

Pecoris & hominū in Arcā ingressus;
Arca claustrum.

Dianē templū Ephesi, opus planū admirandum,
cui perficiendo Asia tota auxiliare manus & au-
rum commodavit, quatuor annis perfectum est. Quis
historicorum memorat unam aliquam domum annis
quinquaginta, non dicam centum, s̄eculari spatio, ædifi-
cātam? Arca, quam celi Architec̄tus dicta verat, ma-
jorē partē aviariū, pecori claudendo stabulum, pa-
bulo servando conditorum erat, & tamen centum an-
nis in his receptaculis struendis laboratum est. Tandem
laboris appetit finis, sed needum ullus nequitiæ; nullum
penitentia vestigium; hodiernus dies mores sanctiores
non videt quām hesternus, nec præsens annus, quām
nullam appetit. Eatur, potatur, luditur; nuptiæ, convivia,
chorœ, luxus & luxuria, univerba in vita felicissimos
habent progressus. Omnia idem studium, nequitiæ
infignitæ operari.

Tom. II.

Vindičta igitur divina ulterius se contine non po-
tuit. Maluisset quidem Deus lignam, hīmū illam non
esse usui, & ædificationem eam frustra suscepit, sed
nullus fuit, nec quidem unicus, qui oblatam gratiā
non respueret. Decretum ergo divinum celo missum

Noëmo: Ingredere tu & omnis domus tua in arcā: te enim
vidi justum coram me in generatione hac. Post hac tamen
omnia, septem inpter dies divina bonitas sustinens ex-
pectare, Adhuc enim, ait, & post dies septem ego pluam super
Ibid. v. 4. terram quadragesima diebus, & quadragesima noctibus, & delebo
omnem substantiam, quam feci, de superficie terre. Qui po-

tuisser tandem Deus majorem patientiam & longani-
mitatem humanae genti exhibere? & qui tandem hu-
mana gens potuisset Deo grātorem injuriam inferre,
quām nequitā tam contumaciter obstinatā? Hī tria
nobis sollertia expendenda. 1. Quomodo Deus denuo
feveras cum summā benignitate minas intentārit. 2. Lu-
gubrem tam pecoris, quām hominū in arcā ingeſ-
fum spectabimus. 3. Quomodo Deus Noëmū cum
familia in arcā concluserit.

i. Quomo-
do Deus
denuo se-
vēras cum
summā be-
nignitate

minas in-
tentārit.
Psal. 144.
vers. 9.
z. Reg. 6. 14.
vers. 14.

§. I.

A B omni ēvo in omni ēvum semper verissimum illud Hebrei Psaltæ: *Miserationes ejus super omnia opera ejus. Mirabilem prorsus se iustitia Dei exhibit, longe mirabiliorē patientia Dei & misericordia; centum & viginti annos expectat resipientiam summā longanimitate. Non vult Deus perire animam, sed retrahat cogitans, ne penitus pereat qui abjectus est. Ille quidem gladium & ignem, mortem & inferos manu claudit, & tamen dissimulat, conniverit, parcit, honorem suum atrocissime violari permitit. Contentur, & moram adhibet; vindictam in annos decem, in annos quinquaginta, in centenos differt. Ita Noëmī ēvo centum viginti annis summē misericors & longanimis expectavit, nec desideravit aliud, quām p̄sonitiam. Nemo vel pedem vel digitum movisset p̄sonitiae agenda. Et tamen post tot annorum & olympiadum cursus, neendum impatiens Deus, neendum vi agere, & scleratos interimeret, in dō novam supremi termini dilationem constituere, & ita promulgari jubet: Adhuc enim & post septem dies ego pluam super terram quadragesima diebus & quadragesima noctibus.*

Adhuc enim, adhuc unam do hebdomadam ad resipiscendum: properate, p̄sonitiam agite, ad finem festinat clepsydra, vicinus est interitus, resipiscere. Frustra fuerunt haec tenus admonitiones, mina, conciones. Specaculū arce jam consummatæ neminem movet. Papulum animantibus, annona hominibus in annum arce illata neminem terret. Tot volucrum, tot quadrupedum confluxis nec vel unico quidem homin p̄sonitiam persuaderet. Fortassis ubi viderint omnes ordine animantes, sed & homines in arcā velut asylum ultimum se recipere, toto cogitabunt animo. Jam denique serid res agitur, resipiscamus; dies instant novissimi; res est jam ad extremum perducta. Nemo quidquam horum, qui in dō alia omnia cogitabant; etiamnum ridebant & jocabantur; vitiorum dulcedinem nemo ejurabat, libidinis cēnum nemini displicebat. Summe Deus, quām occācati cupiditatibus & virtiis, quām p̄vicias & obdurate, quām refractari & surdi! Num illi soli? Imō omnes vitiis assueti, hec enim est peccati indoles, excacare, in pernicie dare, ad omne veritum induare. Ah quām incredibilis patientia Dei & longanimitas! Verē miserations ejus super omnia opera ejus. Post centum viginti annos etiam moras interponens, supplicia jam pridem infligenda extrahens, Adhuc enim, inquit, adhuc, adhuc. Post longissimum hoc temporis spatium, jam elapsum, cor paternum à p̄sonis expetendis adhuc sele continet: ægerinē adducitur, ut quos condidit, perdat, Misericordia infinita, dum potest, plagas

R. 3

arcet